CLARISSIMO CANDIDATO

S. P. D.

PRAESES.

Exhibes hic specimen inaugurale de materia, in qua multum TE *esse versatum, nemini, qui paulo propius* TE *novit, dubium esse potest, & ipsa tractatio eius mihi persuasit. Visum mihi tamen fuit, quædam clarius in hac enunciare, aliorum rationes certiores explicare, alia paulo aliter mutare: ut lector satis sciat, quare has illasve vires camphoræ assignentur, quæ medicamentis sæpe numero ad arbitrium affingi solent. Nil nunc porro addo, quam votum, ut honores, finito actu disputatorio,* TIBI *Collegii nostri nomine a me conferendi,* TIBI *ægrisque feliciter eveniant, utque salvus & sospes ad* TVOS *revertaris. Vale. Scrib. d. XIX. Octobr. A. MDCCXLVIII. in Academia Iulia Carolina.*

(o)

Dat Galenus opes, tribuit Machaon honores.
Illas exopto: hos grator, Amice, TIBI.

Amicitiæ & honoris ergo
ſcripſit
B. LIEBERKÜHN,
Doct. Med. Conſul civitatis Halberſtadienſis
eiusdemque Ducatus Phyſicus
Regius.

Halberſt. d. 10. Octobr.
1748.

Dic mihi conſcendis cur DOCTORANDE cathedram?
Scilicet, ut medica Doctus in arte cluas.
Hincque TVIS theſibus contraria dicta repellis.
Inſtructus cauſis ac ratione bonis.
O TE felicem! ſtudiorum fine peracto,
Ad Patriam DOCTOR mox remeabis ovans.
Dic nunc incolumem, TE dic Hollandia ſanam,
VIR, qui præ morbis corpora vallat, adeſt.

Sic
Prænobil. ac Doct. Domino JÖNCKERO
Amico ſuo ſuaviſſimo gratulari debuit voluit

C. H. DVNCKER,
Medic. Candidatus
Opponens.

Aegrorum magnum Medicus ſolamen habetur,
Quem praxis clarum fecit in arte virum.
TVque nomen habes dulci a ſolamine, & omni
Evolvis medicos ſedulitate libros.
Ominor hinc: miſeros quoque TV ſolaberis olim:
Aegros felici reſtituesque manu.

In honorem Doctiſſimi Domini
RESPONDENTIS Amici ſui
optimi fecit

I. R. D KERCKSIG
Medic. Studioſus
Opponens.

Præmia, quæ ſtudio, magnoque labore paraſti;
Sint TIBI fauſta precor, commoda mille ferant.

Properante quidem calamo,
ſed ex animo ſcribebat

I. B. HOFFMANN

Goslarienſis
Medicinæ Cultor
Opponens.